

*Calixt III. an (NvK).<sup>1)</sup> Er fordert ihn auf, die für die nicht angetretene Legationsreise nach England erhaltenen 1000 Dukaten an Kard. Carvajal weiterzuleiten. Dies habe der Papst schon früher geschrieben, jedoch seither nichts (von NvK) gehört. Die Gelder würden dringend benötigt. Der Papst habe zur Ausrüstung der Kreuzzugsflotte bereits Wertgegenstände und Ländereien veräußern müssen.*

*Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Vat., Arm. XXXIX 7f. 15<sup>v</sup>-16<sup>r</sup>.*

*Regest: Sciambria, Liber brevium 101 Nr. 93; Pitz, RG VII 247 Nr. 2195.*

*Erw.: Meuthen, Die universalpolitischen Ideen 206; Harvey, England, Rome 188; Esch, Überweisungen an die apostolische Kammer 311.*

Calistus etc. Dilecte filii. Salutem etc. Retulit nobis nuper dilectus filius magister de Cesarinis<sup>2)</sup>, notarius noster, se a tua circumspectione litteras acceptasse, quod, quia legatione in Anglia functus non fueras<sup>3)</sup>, scriberemus, cui volebamus, dares illos mille ducatos<sup>4)</sup>, quos pro dicta legacione habueras. Nos vero tue circumspectioni scripsimus, ut illos dares dilecto filio Johanni cardinali sancti Angeli<sup>5)</sup>, legato  
 5 nostro, et quod eos tu illi dares, cum avisavimus. Postea vero nil scivimus. Itaque eandem circumspectionem tuam hortamur, ut si dictos mille ducatos nondum dedisti eidem<sup>6)</sup>, quam primum dare velis, cum illis vehementer egeat, ut nobis scripsit, et nos ultra illos, quamvis non sine gravi dampno etiam certam aliam summam ei mittimus et ultra vires. Nam scit deus, quod in emissionem classis<sup>7)</sup> nostre contra pessimum Turcum, quam iam diu fecimus non modo facultatibus fuimus exhausti, sed post iocalia et aliam  
 10 suppellectilem preciosam nonnullas terras ecclesie fuimus coacti alienare, ut dicte classi et aliis subvencionibus, quas per terram contra prefatum Turcum similiter facimus, non deessemus. Et quia etiam continue graves nos oportet subire expensas, ut classi prefate et aliis necessitatibus sanctissime cruciate succurramus, hortamur tuam circumspectionem, ut nobis in ea re in cunctis, que poterat, velit omne adiumento, prout de ea confidimus et speramus. Datum die xiii octobris M cccc lvi<sup>o</sup>, pontificatus  
 15 nostri anno secundo.

Dilecto filio.

<sup>1)</sup> Der Adressat wird nicht genannt. Aus dem Inhalt ergibt sich jedoch eindeutig, dass der Brief an NvK gerichtet war.

<sup>2)</sup> Giorgio Cesarini; s.o. Nr. 3622 Anm. 1.

<sup>3)</sup> Zu der nicht ausgeführten Legation nach England s.o. Nr. 4887 Anm. 4 mit Rückverweisen.

<sup>4)</sup> S.o. Nr. 4542.

<sup>5)</sup> Kard. Juan de Carvajal, Legat für Ungarn und das Reich; s.o. Nr. 4465 Anm. 5.

<sup>6)</sup> NvK hatte allerdings schon am 6. August 1456 eine entsprechende Vollmacht zum Abgeben des Geldes bei der Medici-Bank erteilt aber offenbar der Kurie davon keine Mitteilung gemacht; s.o. Nr. 4887.

<sup>7)</sup> Zur päpstlichen Flotte s.o. Nr. 4512 Anm. 10.